



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxvii. Ad morbum accipitris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad cataractas oculorum.

ACCIPITRI cataractam habenti medebere hoc remedio, quod habet mel non infectum fumo, fel vulturis teratur, pinna illinantur oculi, & sani fient. Quod si oculorum dolor à capite proficiscitur, cognosces. oculi conuiuent, nares liquore redundant. hoc medicamento sanabis, vinum vetus, laser contusum miscebis, hisq. nares fricabis, & oculos ex vino & oui albo liquore commistis inunges, sed quoad sanus sit, tamdiu ne ipsum foras proferas.

Ad morbum accipitris.

SI morbo tenetur accipiter, cognosces. Lentè erigit se, tristi aspectu est, afflitus sedet. hunc hoc remedio sanabis. Semen raphani, absinthium Ponticum conteres, eorum puluerem pinna accipitris naribus infundes, & sanabis. Vel betæ radicem agrestem, aut hortensem purgatam ex aceto contundes, succum linteo expressum naribus injicies.

Ad dolorem capitis.

RADICIS agrestis, maluæ maturæ, contendantur, in acetum acerrimum adjiciantur, alternis diebus in nares & pala-